D E C R E T U M

NUCERINA PAGANORUM
CANONIZATIONIS
BEATI ALPHONSI MARIÆ
DE LIGORIO
FUNDATORIS CONGREGATIONIS
SANCTISSIMI REDEMPTORIS
AC OLIM EPISCOPI
SANCTÆ AGATHÆ GOTHORUM

SUPER DUBIO

An, stante approbatione duorum Miraculorum post indultam ab Apostolica Sede eidem BEATO venerationem, tuto procedi possit ad solemnem ipsius Canonizationem?

Inter operarios, quos nullo tempore mittere destitit ad vineam suam excolendam Coelestis Paterfamilias, plurimum laboravit ad plebem verbo, scriptoque erudiendam BEATUS ALPHONSUS MARIA DE LIGORIO; qui, relictis a juventute saeculi turbis, Institutor prius Congregationis a Sanctissimo Redemptore nuncupatae; deinde sacris decoratus infulis egregius pastor heroicis virtutibus enituit: quibus post mortem additis veluti divino testimonio miraculis ad aras jam evectus refulget.

Illico autem novis patratis signis ad ipsius invocationem post delatum eidem Beatorum cultum, palam ostendit Summus honorum omnium Largitor gloriosum hunc Antistitem sublimius esse extullendum, ac nomine, honoribusque Sanctorum Coelitum cumulandum, ex quibus miraculis duo praesertim solerti indagine diu expensa SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER PIUS VIII. Pontifex Maximus approbavit Decreto nuper lato tertio Nonas Decembris MDCCCXXIX.

At quum more jamdiu receptum sit iterum haberi Sacrorum Rituum generalem conventum ad exquirendum, „ *An stante approbatione duorum miraculorum, quae supervenerunt post indultam eidem BEATO venerationem, tuto deveniri possit ad solemnem ipsius Canonizationem?* „ ideo Reverendissimi Cardinales, caeterique Patres Duodecimo Kalendas Maji currentis anni MDCCCXXX in Palatio Apostolico Quirinali adstiterunt coram SANCTITATE SUA: atque omnes simul unanimi voce „ *Tuto id fieri posse* „ affirmarunt.

In ea sententia fuit Sanctissimus Dominus; sed antequam consultationem hujusmodi sanciret, benignis verbis hortatus est omnes ad preces Deo fundendas, ut superno lumine elucceret judicium suum tamquam meridiem. Atque hoc tempore, quo Redemptor Noster a morte, et inferis victor, Discipulis apparens, praecepit eis docere omnes gentes, quod toto vitae curriculo praestitit BEATUS ALPHONSUS, suum statuit judicium patefacere.

Hac itaque Dominica V. a pascalibus gaudiis, post Sacrum pie peractum, accitis ad Quirinales aedes Reverendissimis Cardinalibus Josepho Albani a Secretis Status Sacrorum Rituum Congregationi Pro-Praefecto, et Carolo Odescalchi Caussae Relatore, nec non R. P. Virgilio Pescetelli Sanctae Fidei Promotore, atque infrascripto me Secretario, rite decrevit „ *Tuto procedi posse ad Solemnem BEATI ALPHONSI MARIAE DE LIGORIO Canonizationem* „.

Quod decretum in vulgus edi, et in actis Sacrorum Rituum Congregationis servari, nec non litteras Apostolicas de Canonizatione in Basilica Vaticana quandocumque celebranda expediri jussit XVII. Kalendas Junii MDCCCXXX.

J. CARD. ALBANI

Loco ✝ Sigilli

JOSEPH GASPAR FATATI S. R. C. SECRETARIUS

ROMAE 1830. Ex Typographia Reverendae Camerae Apostolicae

D E C R E T U M

NUCERINA PAGANORUM

CANONIZATIONIS

BEATI ALPHONSI MARIÆ

DE LIGORIO

FUNDATORIS CONGREGATIONIS

SANCTISSIMI REDEMPTORIS

AC OLIM EPISCOPI

SANCTÆ AGATHÆ GOTHORUM

SUPER DUBIO

An, stante approbatione duorum Miraculorum post indultam ab Apostolica Sede eidem BEATO venerationem, tuto procedi possit ad solemnem ipsius Canonizationem?

Inter operarios, quos nullo tempore mittere destitit ad vineam suam excolendam Coelestis Paterfamilias, plurimum laboravit ad plebem verbo, scriptoque erudiendam BEATUS ALPHONSUS MARIA DE LIGORIO; qui, relictis a juventute saeculi turbis, Institutor prius Congregationis a Sanctissimo Redemptore nuncupatae; deinde sacris decoratus infulis egregius pastor heroicis virtutibus enituit: quibus post mortem additis veluti divino testimonio miraculis ad aras jam avectus refulget.

Illico autem novis patratis signis ad ipsius invocationem post delatum eidem Beatorum cultum, palam ostendit Summus honorum omnium Largitor gloriosum hunc Antistitem sublimius esse extollendum, ac nomine, honoribusque Sanctorum Coelitum cumulandum, ex quibus miraculis duo praesertim solerti indagine diu expensa SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER PIUS VIII. Pontifex Maximus approbavit Decreto nuper lato tertio Nonas Decembris MDCCCXXIX.

At quum more jamdiu receptum sit iterum haberi Sacrorum Rituum generalem conventum ad exquirendum, *An stante approbatione duorum miraculorum, quae supervenerunt post indultam eidem BEATO venerationem, tuto deveniri possit ad solemnem ipsius Canonizationem?* „ ideo Reverendissimi Cardinales, caeterique Patres Duodecimo Kalendas Maji currentis anni MDCCCXXX in Palatio Apostolico Quirinali adstiterunt coram SANCTITATE SUA: atque omnes simul unanimi voce „ *Tuto id fieri posse* „ affirmarunt.

In ea sententia fuit Sanctissimus Dominus; sed antequam consultationem hujusmodi sanciret, benignis verbis hortatus est omnes ad preces Deo fundendas, ut superno lumine educeret judicium suum tamquam meridiem. Atque hoc tempore, quo Redemptor Noster a morte, et inferis victor, Discipulis apparens, praecepit eis docere omnes gentes, quod toto vitae curriculo praestitit BEATUS ALPHONSUS, suum statuit judicium patefacere.

Hac itaque Dominica V. a paschalibus gaudiis, post Sacrum pie peractum, accitis ad Quirinales aedes Reverendissimis Cardinalibus Josepho Albani a Secretis Status Sacrorum Rituum Congregationi Pro-Praefecto, et Carolo Odescalchi Caussae Relatore, nec non R. P. Virgilio Pescetelli Sanctae Fidei Promotore, atque infrascripto me Secretario, rite decrevit „ *Tuto procedi posse ad Solemnem BEATI ALPHONSI MARIAE DE LIGORIO Canonizationem* „

Quod decretum in vulgus edi, et in actis Sacrorum Rituum Congregationis servari, nec non literas Apostolicas de Canonizatione in Basilica Vaticana quandocumque celebranda expediri jussit XVII. Kalendas Junii MDCCCXXX.

J. CARD. ALBANI

Loco ✝ Sigilli

JOSEPH GASPAR FATATI S. R. C. SECRETARIUS

ROMÆ 1830. Ex Typographia Reverendae Camerae Apostolicae

D E C R E T U M

NUCERINA PAGANORUM

CANONIZATIONIS

BEATI ALPHONSI MARIÆ
DE LIGORIO

FUNDATORIS CONGREGATIONIS

SANCTISSIMI REDEMPTORIS

AC OLIM EPISCOPI

SANCTÆ AGATHÆ GOTHORUM

SUPER DUBIO

An, stante approbatione duorum Miraculorum post indultam ab Apostolica Sede eidem BEATO venerationem, tuto procedi possit ad solemnem ipsius Canonizationem?

Inter operarios, quos nullo tempore mittere destitit ad vineam suam excolendam Coelestis Paterfamilias, plurimum laboravit ad plebem verbo, scriptoque erudiendam BEATUS ALPHONSUS MARIA DE LIGORIO; qui, relictis a juventute saeculi turbis, Institutor prius Congregationis a Sanctissimo Redemptore nuncupatae; deinde sacris decoratus infulis egregius pastor heroicis virtutibus enituit: quibus post mortem additis veluti divino testimonio miraculis ad aras jam avectus refulget.

Illico autem novis patratis signis ad ipsius invocationem post delatum eidem Beatorum cultum, palam ostendit Summus bonorum omnium Largitor gloriosum hunc Antistitem sublimius esse extollendum, ac numine, honoribusque Sanctorum Coelitum cumulandum, ex quibus miraculis duo praesertim solerti indagine diu expensa SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER PIUS VIII. Pontifex Maximus approbavit Decreto nuper lato tertio Nonas Decembris MDCCCXXIX. ..

At quum more jamdiu receptum sit iterum haberi Sacrorum Rituum generalem conventum ad exquirendum, *An stante approbatione duorum miraculorum, quae supervenerunt post indultam eidem BEATO venerationem, tuto deveniri possit ad solemnem ipsius Canonizationem?* ,, ideo Reverendissimi Cardinales, caeterique Patres Duodecimo Kalendas Maji currentis anni MDCCCXXX in Palatio Apostolico Quirinali adstiterunt coram SANCTITATE SUA: atque omnes simul unanimi voce ,, *Tuto id fieri posse* ,, affirmarunt.

In ea sententia fuit Sanctissimus Dominus; sed antequam consultationem hujusmodi sanciret, benignis verbis hortatus est omnes ad preces Deo fundendas, ut superno lumine educeret judicium suum tamquam meridiem. Atque hoc tempore, quo Redemptor Noster a morte, et inferis victor, Discipulis apparens, praecepit eis docere omnes gentes, quod toto vitae curriculo praestitit BEATUS ALPHONSUS, suum statuit judicium patefacere.

Hac itaque Dominica V. a paschalibus gaudiis, post Sacrum pie peractum, accitis ad Quirinales aedes Reverendissimis Cardinalibus Josepho Albani a Secretis Status Sacrorum Rituum Congregationi Pro-Praefecto, et Carolo Odescalchi Caussae Relatore, nec non R. P. Virgilio Pescetelli Sanctae Fidei Promotore, atque infrascripto me Secretario, rite decrevit ,, *Tuto procedi posse ad Solemnem BEATI ALPHONSI MARIAE DE LIGORIO Canonizationem* ,,.

Quod decretum in vulgus edi, et in actis Sacrorum Rituum Congregationis servari, nec non litteras Apostolicas de Canonizatione in Basilica Vaticana quandocumque celebranda expediri jussit XVII. Kalendas Junii MDCCCXXX.

J. CARD. ALBANI

Loco ✝ Sigilli

JOSEPH GASPAR FATATI S. R. C. SECRETARIUS

ROMÆ 1830. Ex Typographia Reverendae Camerae Apostolicae